Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



ll.xxxv. ut tua nobis salus aliquantulum temporis condonetur.

EXPLICIT EPL SCI AGUSTINI AD BONIFACIUM.

HIC INCIPIT COMMONITORIUM SCI EPI AC AD FORTUNATIANUM

Commonitorium. scō fratri fortunatiano. Sicut praesens rogaui & nunc commoneo. ut fratrem nrm de quo conlocutus sumus unde & rogare dignetis ut ignoscat mihi. si quid durius & asperius in se dictum accepit. in epistola quam me illo modo scripsisse non penitet. quia dixi istius corporis oculos nec ut uidere dm. nec esse uisuros. Causam quippe adiunxi. cur hoc dixerit. ne scilicet dis ip sec corporeus esse credatur. & in loci spacio. Inter uallo queuisibilis. Nihil enim uidere aliter istius corporis oculus potest. Et ne illud quod dictum est facie ad faciem. sic accipiatur tamquam membris corporis terminatus sit dis. ideo me ergo illud dixisse non penitet. Nec de ipso dō tam impie sentiamus. ut eum nonubique totum. Sed per loculia spatia diuisibilem existimemus. Talia quippe his oculis nouimus.

Cerum nihil tale de dō sentiens. sed eum incommutabilem. & incorporalem spm ubique totum esse credens. sic tantum quisque mutationem huius corporis futuri intuitur. cum ex animali fuerit spiritale. ut etiam substantia incorporalem non locorum inter uallis uel spacius diuisibilem. uel etiam membrorum limamentis ac finibus terminata. sed ubique tota pt a le corpus uidere possimus. uolo & me doceat si uerum sapit. Si autem in hoc falsam sentit. longe tolerabilius est corporeli aliquid arrogare quam dō derogare & si uera est ista sententia. non erit contraria uerbis meis. quae in illa epistola posui. Istius namque corporis oculos dixit non uisuros dm. hoc intuens quod istius corporis oculi omnino non possunt cernere. Hi sicut corporeae abeis aliquo loci inter uallo separata sunt. Nam si nullum inter uallum sit. nec ipsa corpora per eos uidemus. Porro autem